

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9551

**Auteur(s) :** Jean Ier, Eu (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Foucarmont, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1140-1170]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean, comte d'Eu, concède et confirme la concession faite à l'abbaye Notre-Dame et Saint-Jean de Fons Theodori (Foucarmont) par Raoul Rastrum et sa femme Béatrice de leur fief de Campneuseville ainsi que du champart du douaire de l'épouse d'Enguerrand de Scotenii et la terre des vavasseurs tenue en ferme ou en champart.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 8H100.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Les donations par Raoul Rastel/Rastrum et sa femme Béatrice sont confirmées dans la charte d'Henri II, roi d'Angleterre, de 1156-1161.

Texte d'après A

Noverint universi quod ego Johannes comes Augi concedo et sigilli mei patrocinio confirmo quod Radulfus Rastrum ejusque uxor Beatrix ecclesiae Sanctae Mariae et Sancti Johannis de Fonte Theodori in presentia mea in perpetuum concesserunt, totum scilicet feodum suum proprium de Campanesia Villa etiam doarium uxoris Engerranni de Scotenii ad campartum solum, terram etiam vavassorum ad firmam vel ad campartum in presentia sua suscipiendam omni alia consuetudine et exactione remota. Cum vero doarium ad ipsos redierit campus de Beromont qui a monachis cultus non est, ipsorum erit, quicquid vero a monachis excultum fuerit, monachis ad solum campartum remanebit, quod si aliquando vavassores a servitio prenominatis debito in aliquo minus fecerint, a predictae ecclesiae fratribus ipsi nichil per exactionem extorquere poterunt, preter firmam vel campartum a monachis vavassoribus debitum. Terras etiam villa cultas et a cultoribus suis desertas nichilominus ad campartum solum concesserunt, quoadusque cultores earum redeant, vel pro eis aliis succedant. Cum vero tempus adfuerit quo campartum redi debet, predictae ecclesiae fratres Radulfum vel ejus famulum in Campanesia Villa semel summonebunt, et in ejus presentia si venerit campartum dabunt. Quod si ibi inventus non fuerit vel inventus venire distulerit, ipsi fratres per se faciant quod in ejus oculis securius et idcirco libentius facerent. Habuerunt autem propter hoc Belvacensium XL. solidos, XXVIII. minas frumenti, dimidium modium avenae, tres vaccas, XL. oves. Quod concesserunt isti hoc totum, nichil minus, concessit Guido de Avesnis et Berhesia uxor ipsius, preter terram Eustachii Harenc, qui tamen preter predictam pactionem .X. acras terre Eustachii Harenc grangiae monachorum viciniores commutaverunt pro aliis decem in feodo vavassorum ad voluntatem et electionem suam. Isti vero habuerunt, C. solidos, modium unum frumenti et alterum avenae, duas vaccas et LX. oves. Preterea

utrumque et utraque duas acras quietas concesserunt et tot[um p]actum fide data in manu comitis [ratum] fecerunt.  
Testibus, Osberno de Fulcardimonte, Osberno Desmaisnials, Guidone de Pilo Cervino.